



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CXLVI. Markgraf Ludwig verleiht den Söhnen des Schulzen und einigen
Bürgern zu Stendal das Dorf Supplingen, am 6. October 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

et inuenietur. Datum Steindal, anno quo supra (M. CCC. XLIII.) In crastino beati francisci die dominico.*

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CXVIII.

CXLVI. Markgraf Ludwig verleiht den Söhnen des Schulzen und einigen Bürgern zu Stendal das Dorf Supplingen, am 6. October 1343.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus contulimus et presentibus conferimus discretis viris Churrado sasseken, Arnolde et Jordano fratribus dictis vflasmengern a Henrico sassenberge, ciuitatis nostre stendal ciuibus, fidelibus-nostris dilectis, suisque veris et legitimis heredibus villam dictam Supplinghen cum singulis et vniuersis suis pertinenciis eidem iure vel ex debito pertinentibus sub modis, formis, iuribus, commoditatibus, honoribus et graciis, quibus dictam villam discreti viri hermannus sesseke, quondam prefectus noster in stendal, heyso et heynekinus filii sassenberge, arnoldus et jordanus fratres dicti vflasmenger a magnificis principibus Ottone duce Brunswicense et Agnete, conthorali eiusdem bone recordacionis, tenuerunt et possederunt, velud in priuilegiis suis super eadem confectis plenarie vidimus contineri, in antea a nobis sine inquietacione ac impedimento quolibet perpetuis temporibus pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Deck, Swartzburg, pincerna, Lochen, Otto de Helbe, milites, et gerikus wolf etc. Datum Stendal, anno domini M°. CCC°. XLIII feria II°. post diem beati francisci.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XC.

CXLVII. Markgraf Ludwig beleiht die Sasseken und Blasmenger in Stendal zu gesammtter Hand mit dem dortigen Schulzengerichte, am 6. October 1343.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus in solidum seu manu coniuncta Churrado filio Hermanni sasseken et Arnolde vflasmenger, fidelibus nostris dilectis ciuitatis nostre stendal ciuibus, suorumque veris et legitimis heredibus iudicium seu officium scultetatus ac prefecture ciuitatis eiusdem et omnium locorum eidem ciuitati adiacencium cum singulis suis pertinenciis eidem officio ex iure vel ex debito pertinentibus, videlicet lignis, pratis, pascuis, memoribus et aliis metis quibuscunque iusto pheodali tytulo perpetuis temporibus possidendum, gubernandum pariter et tenendum. Quidquid vero lucri et fructus de ipso iudicio quoquomodo peruenerit (sic), huius medietatem prenotati et ipsorum heredes nobis cum mera fidelitate ministrabunt. Predicti quoque omnia iudicanda iuste iudicabunt et quidquid in huiusmodi fecerint et dimiserint, facta esse debeant et dimissa, Adhibentes ad hoc sepepredictis nostram